



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Iunioris ad nos Chosrois fuga. Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGR. HISTORIAE

videbatur intētatum reliquit, sed quibusdā muri partibus
catapultis deturbatis, illac transgressus, arcem vi capit. Pro
inde Persæ de reliquo cœpere de Martyropoli desperare.

De cede Hormisdæ.

Caput XV.

DVm hæc geruntur, Persæ Ormisdam regem oīum sce
leratissimum iniustissimumque propterea trucidant;
quòd subiectos suos nō modo pecunia, sed varijs e-
ciam mortis generibus mulctasset.

De Iunioris ad nos Chosrois fuga. Cap. XVI.

ORmisdæ extincto, Chosroë eius filium regē creant,
contra quē Barames cum suis copijs arma fert. Chos-
roes igitur cum exiguo exercitu illi obuiam it: ac cū
suos ab se deficere cerneret, capessit fugam, rectaque cū
deum, uti ipse aiebat Christianorum inuocasset, ut equus
ipsum eo deportaret, quò ab illo duceretur, Circesium cō-
tendit. Vbi autem cū vxoribus, duobus tenellis liberis, &
quibusdam Persis nobilibus, qui eum sua sponte comita-
bantur, eo venisset, inde legatos mittit ad Mauritium im-
peratorē. Ille, cum de hac re consiliū accuratissime inuis-
set, & inconstantē volubilēq; vitæ humanæ rationē, & repē-
tinas tū eius tū aliarū similiū rerū mutationes vicissitudi-
nesque pōderasset, supplicē admittit legationem: & Chos-
roem, hospité pro exule, & pro fugituo filiū efficit: mune-
ribus plane regalibus donat, quibus eū ad se diligendū in-
uitaret. Atque nō Mauritius solū tam magnifica dona mi-
sit ad Chosroem, sed imperatrix etiam erga Chosrois con-
iuges, & liberi Mauritij, erga liberos eius, paria benignita-
tis officia præstiterunt

κροθρονον
vid. chi.
Erasm.

*Quòd imperator Gregorium & Domitianum in Chosro-
is occursum emisit.*

Caput XVII.

Porro Mauritius omnes satellites suos, & totum ex-
ercitum Romanum cum duce, qui Chosroem, quo-
cunque vellet, comitarentur, mittit. Quinetiam, quò
plus honoris ei deferret, mittit quoque Domitianum epi-
scopum Melitinæ, suum cognatum, virū prudentia & in-
genio præstantem, & tum verbo, tum re ipsa ad res maxi-
mas gerendas maxime idoneum, & ad grauissima obeunda
nego-